



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XVII. De morte Pauli Hainzelij Patr. & Cons. Augustani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

DE  
Nulli, commodat omnibus libenter.  
Regnum hoc nempe Dei Optimi beatum est.

XV.

In Symbola Achillis Bo-  
chij E Q. Bonon.

Qui Sophiae praecepta dedit, morumque bonorum:  
Humanae vitae commoda magna tulit.

Symbola qui junxit, quia miscuit utile dulci,  
Omne tulit punctum, doctor utrinque bonus.

Symbola sunt oculis, morum praecepta voluptas  
Auribus. at neutrum commoditate caret.

Sic jucunda simul prudens, & idonea vitae  
Symbola, dum mentis dat documenta sua:

Optimus est Sophiae, morumque magister **ACHIL-**  
**(LES**

**BOCHIVS:** & punctis omnibus ille placet.

XVI.

Adolpho Occoni Med.

Mores qui laudat veteres: sibi displicet ipse,  
**OCCO:** sin culpat, displicet ipse alijs.

XVII.

De morte Pauli Hainzelij  
Patr. & Conf. Augustani.

Dum fratrem subito morbo languere jacentem

**PAVLE** vides: nomen cui dat amica Charis:  
O mihi

O mihi pro te sit mortem fas, opto pacisci:  
Sic ais: et moreis sponte vocante Deo.  
O amor! ô pietas! ô fratrum gratia rara!  
Sic fratrem Pollux Castora frater amat.  
Si pietas fecit geminos concordia fratres  
Sidera: vos eadem sidera PAVLE facit.

XIIX.

In Plutum.

Sis comis licet ipse mihi: tamen esse superbus  
Quando vis alijs: non mihi, PLVTE, placeat.

XIX.

Ad Rupertum à Stozin-  
gen Cæs. Confil.

Hercinijs dum fauce tenus demergor in undis:  
Saxaque quotidie sic laticosa premo:  
Quid faciam, mediterq̄, rogas fortasse RVPER.  
Ac longos fallam qua ratione dies? (IE)  
Aut ego cum socijs grato sermone loquelas  
Miscuo: quæ fallunt tempora longa mihi.  
Aut tremulæ spectans argentea flumina lymphae:  
Abdita naturæ mente subinde noto:  
Atque metallifera detritos rupe, lapillos  
Colligo sollicita, contueorq̄, manu.  
Deniq̄, si nihil est, quod agam: noua carmina pono  
Cum Musa totos ludo, jocosq̄, dies. (genus  
Cultorea)